

De horologiorum descri-

egrediendum uel arripiendum iter quod breui tempore confici potest. In salubris est medicatio genitalium & renum. Qui hac hora infirmari cœperit, id à mulieribus est. Et omnes dictæ operationes efficaciores sunt, cùm Sol fuerit in domibus Veneris, nempe in Tauro & Libra.



Mercurij filij habent mediocrem staturam, cor subtile, longos digitos: sunt prudentes, amant pulchras artes: habent paruos oculos, & parua labia: aliqui habent magnum nasum, sunt macro corpore, ingeniosi in computo & arte scribendi, amant & discunt astronomiam, sunt eloquentes & facundi, ardua negotia paucis proponunt uerbis, quum pedem sistunt solent pede terram terere.

Conducit in hac hora negotiari cum pecunia, uiatorem agere, equitare, pecuniam exigere, literas scribere, computare, nuntios emittere, plantare, seminare, arbores inserere, ædificia inchoare, artes discere, pueros ad scholam destinare, griseis indui uestibus, & griseis circumuehi equis. Et hæc omnia efficaciora sunt cùm sol fuerit in uirgine aut geminis.



Natus in hora Lunæ communiter moritur in iuuentute, aut mortem sibi ipsi infert priusquam attigerit maturam ætatem, fit curuus, instabilis, nemini obediens, nemini uult subijci, sæpe ægrotat, raro est lætus, delectatur in mercantia & nauigatione, est uerax, non concupiscit res alienas, facile irascitur & facile iterum obliuiscitur iræ, est pallida facie, habet rotundam faciem, raro fortuna afflatur in temporalibus bonis, ante tempus canescit, spem nimiam collocat in res temporarias, acquirit tandem notam quandam seu maculam in facie.

Præstat in hac hora emere carnes & omnia domestica animalia præter oues, inchoare ædificia in aquis, fraudes exercere: sed obest incipere quæ diu manere debent, pecuniam mutuo dare, medicinam capiti adhiere. Et sole aegente in cancro, hæc omnia efficaciora sentiuntur.

De horis